



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Anno M.D.LII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Iem Massæum Germaniæ Patronum, & ad ipsum Pontificem de ea re perscribere. Quin etiam Episcopi tum Frisingensis, tum Eistettensis suo illum loco ad Concilium mittere, vel deducere conabatur: sed omnibus Ducis ipsius Bauari studium, auctoritasque præpolluit, qui commoueri loco non fuit, ac B. Ignatius haud illibenter concessit; quod perpetuum societati Collegium (vbi Dux Guilielmus instituerat) excitaturum se Albertus propediem demonstrabat. Neque tamen diutinus illius victoriæ fructus Ingolstadio fuit. Quippe vbi Collegij res in longum trahitur, cum annus iã seculi alter & quinquagesimus obrepisset, & Viennæ Ferdinãdus Romanorum Rex, qui postea Imperator fuit, Collegium inchoasset, & omnium disciplinarum præceptores expeteret, nec tanta præsto esset copia societati, B. Ignatius existimans nascenti Collegio succurrendū, mollissimã viam excogitavit, per quam Ingolstadio Canisium, & Gaudanum, qui cum eo versabatur, Viennam traduceret. Ferdinando suggestit, vt ipsemet ab Genero (namque Ferdinandi filiam habebat Albertus in matrimonio) par illud Theologorum; quasi commodato postularet, donec Colle-

1552.